¹ Fol. 3: Item, fuit caput ecclesie, quando Adam fuit. Ergo ecclesia incepit esse ab Adam. Sed dicit auctoritas, quod incepit esse ab Abel. Dicimus, quod ecclesia incepit esse ab Adam, incepit esse ab Abel, sed diversis respectibus. Incepit esse ab Adam, quia Adam fuit primus fidelis. Dicitur etiam incepisse ab Abel, quod ipse representat plures ecclesie status quam Adam, scilicet statum prelationis, quia ipse fuit pastor; et statum virginitatis, quia fuit virgo; et statum martirii, quia fuit martir. Et quia ipse fuit primus iustus — eius enim peccatum non legitur, Adam autem primus iustificatus. — Auch hier sind noch weitere Einzelfragen behandelt. Man vgl. fol. 3: Item, quando solus Adam erat, Christus erat capud ecclesie: ergo capud fidelium. Ergo tunc erant fideles. Dicimus, quod prima propositio est falsa nec est admittenda in conflictu et tamen potest concedi. Instantia: Iste sunt ruine edificiorum: ergo aliqua sunt edificia... Item, posito, quod unus solus sit iustus, ecclesia est unus solus homo. Et hoc non solet dici. Immo ecclesia est fidelium congregatio. Dicimus, quod hoc posito non est ecclesia, sicut nullus (!) homo est capitulum. Item, posito, quod nullus fidelis sit, quomodo exponetur, quod dicitur totus Christus in psalmo hoc: Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me. Si dicitur hoc de ecclesia triumphante, falsum est, quia nullus in ea affligitur. Dicimus, quod iste psalmus non exponitur modo in persona alicuius.

 2 Fol. 3v: Item, auctoritas: Membra prius fuerunt et venerunt ad ortum, quam capud prodiret in lucem. Accipiatur, secundum quod capud et membra sunt relativa, scilicet pro nature conformitate. Ideo membra sunt: et capud [fol. 3v] et membra sunt relativa: ergo capud est. Quod est falsum, posito, quod Christus nondum sit incarnatus. Dicimus, quod membra sunt et non habent capud. Vel dicatur, quod habent capud in spe.

³ Man vgl. hier auch Gaufrid von Poitiers, Summe (Brügge, Cod. lat. 220 fol. 74v): Item, dicit Scriptura, quod ecclesia incepit esse ab Abel. Et dicunt sancti doctores, quod ideo dicitur incepisse ab Abel, quoniam haberet pro inconvenienti, quod ecclesia desineret esse, quod procul dubio oporteret concedere, si diceret, quod ecclesia incepit ab Adam. Sed hoc idem inconveniens accideret Scripture, si ecclesia desineret esse. Sed impossibile est, quod inconveniens accidat Scripture. Ergo impossibile est, quod ecclesia desinat esse. — Eine Glosse am unteren Rand einer Quästion Langtons im Cod. Paris. Nat. lat. 16385 fol. 85v schreibt u. a.: Item, Adam fuit fidelis aliquando. Ergo fuit de numero fidelium. Ergo fuit membrum ecclesie. Ergo tunc fuit ecclesia. Non ergo incepit ab Abel. Item, dicit Methodius, quod anno quinto Xo, postquam eiecti sunt Adam et Eva de paradiso, natus est Chain. Ergo, cum statim post peccatum penituerit, fuit in caritate et Eva similiter. Ergo erant membra ecclesie. Ergo ecclesia erat. Ergo inceperat ante Abel. Abel enim, sicut dicit Methodius, XV annis post Chain

Divus Thomas 12

denn seit Abel gab es zu jeder Zeit einige Gute ¹. Einen andern Grund für die gleiche Tatsache erblickt Langton darin, daß Abel Hirte, jungfräulich und Martyr war und da praelatio, virginitas und martyrium vor allem in der Kirche privilegiert seien, habe diese auch zu Recht mit Abel begonnen. Und schließlich sei Abel von allen Gerechten als erster gestorben ². Die civitas mala wieder beginne nicht mit Adam, sondern mit Kain, weil Adam zwar bös, aber nicht verworfen und bis zum End bös gewesen sei, wie Kain ³. Entschieden nennt dann Langton Christus den Menschen Haupt der Kirche, weil alle von Abel bis zum letzten Gerechten explicite oder implicite geglaubt hätten, daß er seiner Menschheit nach Haupt sein würde ⁴. Daneben bringt sein Paulinenkommentar im Cod. Paris. Nat. lat. 14443 zur Begründung auch noch den Vergleich mit der Geburt, bei der manchmal die Glieder eher als das Haupt erscheinen ⁵. Sosehr auch in den einzelnen bekannten

natus est et multi potuerunt (?) [vielleicht provenerunt] ab Adam sancti, qui fuerunt membra ecclesie.

- ¹ Bis hieher findet sich der Text auch in den Quästionen Langtons im Cod. Paris. Nat. lat. 14556 fol. 238v und im Cod. Paris. Nat. lat. 16385, Schmutzblatt.
- ² Paulinenkommentar. Zu Col. 1 (Salzburg, Stiftsbibliothek von St. Peter, Cod. a X 19 Seite 161 und Cod. Paris. Nat. lat. 14443 fol. 381v): Sed, quare potius incepit ecclesia ab Abel quam ab Adam. Ideo scilicet, quia, si ab Adam, quandoque desiisset esse, scilicet quando Adam peccavit. Sed ecclesia, ex quo incepit esse, nec desiit nec desinet esse. Ex quo enim Abel fuit, semper aliqui boni fuerunt. Nota, quod Abel pastor fuit, virgo et martir, que tria, scilicet prelatio, virginitas, martirium precipue in ecclesia sunt privilegiata, que ideo recte ab Abel incepit. Preterea Abel omnibus iustis prior obiit. Man vgl. dies auch in den Quästionen des Cod. Paris. Nat. lat. 16385, Schmutzblatt.
- ³ Paulinenkommentar, zu Col. 1 (Salzburg, Stiftsbibliothek von St. Peter, Cod. a X 19 Seite 161 und Cod. Paris. Nat. lat. 14443 fol. 381v): Sed, cum Adam fuerit malus, quare mala civitas non incepit esse ab eo potius quam a Chain. Ideo scilicet, quia, licet fuerit malus, non tamen reprobus nec finaliter malus sicut Chain. Hoc patet in questione. Die Quästion, auf die hier Bezug genommen wird, findet sich im Cod. Paris. Nat. lat. 14556 fol. 238v.
- ⁴ Paulinenkommentar, zu Col. 1 (Salzburg, Stiftsbibliothek von St. Peter, Cod. a X 19 Seite 161): Si universo populo omnium sanctorum tanquam uni corpori fide caput est homo Christus, quos omnes ab Abel usque ad ultimum iustum sapientia Dei illuminat, quia omnes explicite vel implicite credebant eum futurum caput secundum humanitatem. Noch auf der gleichen Seite der Salzburger Handschrift und im Cod. Paris. Nat. lat. 14443 fol. 382v heißt es zu Col. 1: Et dicitur Christus fuisse secundum quod homo capud eorum, qui fuerunt ab Abel, quia omnes credebant eum futurum capud secundum humanam naturam.
- ⁵ Fol. 381v: Sed, cum Christus secundum quod homo fuerit caput universo populo omnium sanctorum, sicut hic dicit glosa: ergo secundum quod homo fuit caput ipsius Abel: ergo quando Abel erat aut quando non erat. Si quando Abel erat, simus in illo tempore. Filius Dei secundum quod homo est caput Abel. Ergo Filius Dei est homo, quia hoc nomen caput presentialiter predicat aliquid

Langton'schen Quästionengruppen die Texte untereinander und von demjenigen des Paulinenkommentars des Cod. Paris. Nat. lat. 14443 bei Behandlung dieser Frage Verschiedenheiten aufweisen, in der Sache, im Gedankengang sowie in der ganzen Art, wie sie sich in Einzelfragen, deren Katalog ihnen gemeinsam ist, vertiefen, stehen sie eng beieinander ¹.

creatum de Filio Dei. Ergo secundum hanc significationem: Si [Ms. hat sed] Filius Dei est caput, ipse est homo. Sed non est homo. Ergo nec caput. Si vero Christus non fuit caput Abel, quando Abel erat, sed post: ergo membrum precessit caput. Item, videtur, quod Christus fuit caput Abel, quando Abel erat, non tamen tunc homo, sicut tunc erat predestinatus, non tamen homo. Et tamen hec dictio predestinatus dicitur de Christo, secundum quod est homo, sicut hoc nomen caput. Sed non est simile, quia hec dictio predestinatus ratione huius prepositionis pre notat quandam precessionem. Preterea hec dictio predestinatus potest esse principium et secundum hoc nichil copulat. Vel potest esse nomen et secundum hoc copulat. Et secundum hoc, sicut Christus non fuit caput antequam esset homo, sic nec predestinatus. Fuit ergo Abel, antequam Christus secundum quod homo esset caput, et ita membrum precessit caput, sicut in partu quandoque prius apparent membra quam caput. Sed, cum ad hoc, quod sit vera: Filius Dei est caput Abel, oporteat, quod Filius Dei sit homo sumpto hoc nomine caput, secundum quod dicitur de Christo homine, quare non similiter oportet, quod Abel sit? Ideo scilicet, quia caput et corpus sunt correlativa. Unde oportet, quod hoc nomen caput aliquid supponat et copulet sive accidens respectu corporis sui, scilicet ecclesie. Et sicut ad hoc, quod caput humanum sit, oportet, quod corpus eius sit, non quod omnia membra corporis, ita et de capite et corpore spirituali. Non enim oportet, quod omnia membra corporis spiritualis sint. Dicitur autem Christus secundum quod homo caput Abel ideo, quia per fidem humanitatis, quam Abel habuit, est salvatus.

¹ Quästionen des Cod. Paris. Nat. lat. 14556 fol. 238v: Item, secundum hoc, quod Christus fuit caput universo populo omnium sanctorum, sicut dicit glosa super epistolam ad Colos. Ergo secundum hoc fuit capud ipsius Abel, quando Abel erat. Sed post fuit, quando non erat. Ergo membrum precessit capud. Item videtur, quod, sicut Christus fuit predestinatus, antequam esset homo, et tamen hoc nomen homo predestinatus dicitur de Christo secundum quod homo, sic hoc nomen capud. Ita videtur, quod Christus fuerit capud Abel, quando Abel erat, non tamen Christus erat tunc homo. Sed non est simile, quia hec dictio predestinatus ratione huius dictionis pre notat quandam precessionem. Preterea hec dicto predestinatus potest esse participium et secundum hoc nichil copulat. Vel potest esse nomen et secundum hoc copulat. Et secundum hoc sicut Christus non fuit capud, antequam esset homo, ita non fuit predestinatus. Ergo Abel fuit, antequam Christus secundum quod homo esset capud et ita membrum precessit capud, sicut in partu quandoque prius apparent membra quam capud. Sed, cum adhuc hec sit vera: filius Dei est caput Abel, et oporteat, quod filius sit homo sumpto hoc homine capud, secundum quod dicitur de Christo secundum quod homo, quare non oporteat similiter, quod Abel sit, ideo scilicet, quia capud et membra sunt correlativa. Unde oportet, quod hoc nomen capud supponat aliquid et copulet suum accidens respectu corporis sui, scilicet ecclesie. Et sicut ad hoc, quod capud humanum sit, oportet, quod corpus eius sit, non [Ms. hat et ideo] tamen, quod omnia membra corporis, ita et de capite et corpore spirituali non valet (?), quod omnia membra corporis spiritualis sint. Dicitur autem

Christus ist nach Langton aber auch seiner Gottheit nach Haupt, d. i. Gründer und Schöpfer der Kirche derjenigen, die vor ihm waren. Wäre er nicht seiner Gottheit nach ihr Beginn, dann wäre er ihr Haupt auch nicht seiner Menschheit nach, genau so wie er auch nicht Mittler seiner Menschheit nach wäre, wenn er nicht Gott wäre ¹.

Christus secundum quod homo capud Abel, quia scilicet per fidem humanitatis, quam Abel habuit, est salvatus. — Cod. Paris. Nat. 16385 fol. 85v: Item, Christus est caput sanctorum, qui fuerunt ab Abel. Ita dicitur ad Col. Et hoc secundum quod homo. Ergo quando Abel fuit, Christus caput Abel secundum quod homo. Simile in evangelio (!) Johannis glosa: Corpus ecclesie est in predestinatis, in vocatis, in glorificatis. Ergo corpus ecclesie est in hiis, qui adhuc non sunt. Responsio: Quando Abel fuit, non fuit Christus caput Abel secundum quod homo. Sed quando incarnatus est, Christus incepit esse caput Abel et tunc fuit caput Abel. Contra: Filius Dei fuit predestinatus, antequam esset homo. Eadem ratione fuit caput ecclesie, antequam esset homo. Responsio: Secundum quod predestinatus est nomen, nec secundum quod Deus nec secundum quod homo fuit filius Dei predestinatus, antequam esset, quia hoc nomen predestinatus copulat, et illud, quod copulat, non infuit Christo, antequam esset homo. Sed secundum quod participium, vera. Sed secundum hoc nichil copulat, sicut cum dicitur: laudatur Cesar: hec vera. Sed hec falsa: Cesar est talis. — Auf einem Schmutzblatt des gleichen Cod. Paris. Nat. lat. 16385 liest man noch: Item, dicit glosa ibidem, quod Christus secundum quod homo caput sit universo populo sanctorum : ergo et Abel. Ergo antequam Abel erat, aut quando non erat. Si, quando erat, simus in illo tempore: Filius Dei secundum quod homo est caput Abel: Ergo Filius Dei est homo. Et bene proceditur, quia hoc nomen caput ibi (?) tantum presentialiter predicat de Filio Dei. Si, quando non erat, membrum precessit caput. Item videtur, quod, quando Abel erat, quia, cum dicitur: Filius Dei predestinatus est secundum quod homo, non sequitur, quod sit homo. Eadem ratione, si est caput Abel secundum quod homo, non sequitur, quod sit homo. Dicimus, quod non est simile, quia secundum quod hec est vera in tempore Abel: Christus predestinatus est secundum quod homo, hoc nomen predestinatus ibi (?) temporaliter sumitur ; sed est falsa, scilicet, si hec vox predestinatus teneretur nominaliter. — Ad hoc, quod dicunt, quod membrum precessit caput, non est inconveniens, sicut videmus quandoque in partu, quod aliquod membrum prius apparet quam caput. — Item ex hac: Christus est caput Abel, sequitur, quod Christus sit homo, eadem ratione sequitur, quod Abel sit. Videtur enim locus esse a relativis. Sed non est. Caput autem et membra sunt correlativa, caput dico humanum. Unde oportet, quod hoc nomen caput copulet suum accidens et supponat respectu corporis sui, scilicet ecclesie. Et ad hoc, quod corpus humanum est, oportet, quod caput eius sit, non tamen, quod omnia eius membrasint, ita de corpore et capite spirituali. Dicitur autem Christus secundum quod homo caput Abel, quia per fidem humanitatis, quam Abel habuit, est salvatus.

¹ Paulinenkommentar. Zu Col. ¹ (Salzburg, Stiftsbibliothek von St. Peter, Cod. a X 19 Seite 161 und Cod. Paris. Nat. lat. 14443 fol. 382v): « Quomodo homo Christus est capud eorum, qui tunc fuerunt. Bene, quia ipse est principium ecclesie secundum divinitatem, id est fundator », scilicet conditor et creator. Certe ratio nulla videtur esse; nam quomodo per hoc, quod Christus est principium ecclesie secundum auctoritatem [Cod. Paris. Nat. lat. 14443 schreibt: divinitatem], ostenditur, quod ipse fuerit bene secundum quod homo capud eorum,

Schließlich sei noch auf eine Quästion des Cod. lat. 434 der Bibliothek von Douai hingewiesen, die zur Widerlegung der Behauptung, daß das Haupt eher gebildet sein müsse als die Glieder, eine Augustinus De catechizandis rudibus zugeschriebene Sentenz bringt, nach der ja auch bei der Geburt Jakobs zuerst die Hand zum Vorschein gekommen sei 1. Weil zudem Abel nur an der Gnade und nicht an der Sünde teil gehabt hätte — Adam aber an beidem — heiße es, daß die Kirche eher mit Abel als mit Adam begonnen hätte 2.

Dies genüge zu dieser Frage. In ihr zeigt sich offenkundig noch immer wenig Bewegung um die beiden feststehenden Punkte, daß Abel der Anfang, Christus das Haupt auch der alttestamentlichen Kirche ist. Schwaches Interesse regt sich dort, wo es darum geht, ob Christus als Gott oder als Mensch Haupt der vor seiner Menschwerdung bestehenden Kirche gewesen ist. Aber selbst bei Langton, der sich eingehender damit beschäftigt, geht es nicht über dialektische Lösungen hinaus.

Taufe und mystischer Leib

Wie eine außer jedem Zweifel stehende Tatsache wird sodann die Lehre von der Eingliederung in den geheimnisvollen Leib durch die Taufe behandelt.

Ganz allgemein statuiert RABANUS MAURUS, daß man durch die Gnade der Leib Christi wird ³. Ps. Primasius sagt sodann ausdrücklich,

qui ab Abel fuerunt. Dicimus, quod ratio ista est satis bona, que consistit in hoc, quod, nisi Christus esset principium secundum deitatem, non esset capud secundum quod homo, sicut, cum sit mediator secundum quod homo, non tamen posset esse mediator, nisi esset Deus.

- ¹ I fol. 98v: Item, prius debet formari capud quam membrum. Ergo Christus non fuit capud eorum, qui precesserunt incarnationem. Item, Augustinus in libro de chatezizandis rudibus: Sicut Jacob, priusquam nasceretur, misit manum ex utero, qua pedem prenascentis teneret, deinde utique secutum est capud, deinceps cetera membra, sed capud tam cum hac quam cum illa dignitate precessit, licet tempore subsequeretur, sic Christus mediator Dei et hominum, antequam appareret in carne, premisit in prophetis et patriarchis manum suam.
- ² I fol. 98v: Item, glosa Col. I: Universo populo omnium sanctorum tanquam uni corpori capud est homo Christus, quos omnes ab Abel usque ad ultimum iustum sapientia Dei illuminat, etiam plenius fuit in Christo. Et ita videtur, quod Adam non fuerit de corpore Christi. Contra: Adam fuit primus credens. Sed dicendum, quod Adam fuit particeps peccati et gratie, sed Abel gratie, non peccati. Et ideo potius ab Abel dicitur ecclesia incepisse quam ab Adam.
- ³ Enarrationes in epistolas Pauli. Lib. 28. In ep. ad Hebr. c. 10 (SSL 112, 785): Factus est per gratiam corpus Christi et seipsum facit corpus diaboli . . .

daß man durch die Taufe zum Glied Christi gemacht wird ¹, so daß, wer immer getauft ist, mag er Wahrheit reden oder Lüge, was immer er tut, es in Christus tut, dessen Glied er ist ². Bei Sedulius Scotus finden sich Wendungen wie: Ihr seid jetzt ein Leib geworden durch den Tod Christi ³; durch die Taufe wird man dem Leib Christi beigefügt ⁵; durch sie wird man als Glied Christi mit Christus gekreuzigt ⁴; ist so der Sünde entfremdet und erstorben, so daß man kaum sündigen kann ⁶, und wird in Christus leben, d. h. in Weisheit, in Friede, in Gerechtigkeit, in Heiligkeit, was alles Christus ist ⁻. Sedulius denkt allem Anschein nach an einen psychologischen Zusammenhang zwischen Taufe, Vermeidung der Sünde und Leben in Tugend ⁶. Und so kann man auch verstehen, daß bei ihm die Glieder mit den Gerechten gleichgesetzt werden ⁶.

Auch Haimo weist darauf hin, daß wir dazu getauft worden sind,

- ¹ Commentaria in epistolas Pauli. In ep. ad Gal. c. 3 (SSL 68, 593): Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Filium Dei induti et toti eius membra per baptismi sanctificationem effecti filii Dei sitis necesse est.
- ² In ep. ad Rom. c. 9 (SSL 68, 467): «In Christo mentior.» Quicunque ergo baptizatus est, aut veritatem dicit aut mendacium, quidquid facit, in Christo facit, cuius est membrum.
- ³ In ep. ad Rom. c. 15 (SSL 68, 502): Nunc tamen unum corpus estis effecti per mortem Christi.
- ⁴ Zu Rom. 15, 9 (SSL 103, 122): Christus autem in gentibus confitetur eos misericordiam consecutos, quia et ipsi sunt in corpore eius per baptismum.
- ⁵ Zu Rom. 6, 6 (SSL 103, 60): Per baptismum cum Christo te crucifixum intellige, qui membrum de corpore eius factus es.
- ⁶ Ebenda (SSL 103, 60): In cruce autem auctor peccati, id est diabolus destructus est. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato, hoc est alienus est a peccato; mortuus enim omnino non peccat: ita et qui natus de Deo est, non peccat; crucifixus enim omnibus membris dolore occupatis peccare vix poterit.
- ⁷ Zu Rom. 6, 11 (SSL 103, 61): « Viventes autem Deo in Christo Jesu », non mihi videtur otiosum. Simile enim puto esse viventes Deo in sapientia, in pace, in iustitia, in sanctificatione, quae omnia Christus est. In his ergo vivere Deo hoc est in Christo Jesu.
- ⁸ Zu Rom. 6, 11 (SSL 103, 60): Non sine causa autem dixit: « existimate vos mortuos esse peccato», quod melius quidem in graeco habetur: cogitate vos mortuos esse peccato, Res enim, de qua sermo est, in cogitatione consistit, quia huiusmodi mors non in effectu, sed in cogitatione habenda est. Qui enim cogitet vel existimet apud semetipsum mortuum se esse peccato, verbi gratia, si concupiscentia mulieris trahat, si argenti, si auri, si praedii cupiditas pulset, et ponam in corde meo, quod mortuus sim cum Christo et de morte cogitem, exstinguitur continuo concupiscentia et effugatur peccatum.
- ⁹ Zu Eph. 4, 16 (SSL 103, 204): « Ex quo totum corpus compactum » singulis membris, id est iustis quibuslibet.

daß wir ein Leib mit unserm Haupt Christus seien ¹. Nach Hervaeus von Bourg-Dieu sind wir zu einem Leib getauft, d. h. durch die Taufe sind wir durch den Glauben in einen Leib Christi hingeführt worden, so daß wir von da an alle eins sind wie jene, deren ein Leib und eine Seele war ². Auch wir werden, da wir Glieder werden, im Heiligen Geist durch die Taufe gerechtfertigt ³. Hervaeus versucht auch darzutun, wie Taufe und Glaube einander bei der Einkörperung zugeordnet sind, da er sagt, daß wir durch den Glauben, den wir in der Taufe empfangen haben, in Christus sind, d. h. Glieder Christi geworden sind ⁴.

Die in der Nähe des Ps. Bruno stehenden Glosule Glosularum deuten das Getauftsein zu einem Leib damit: durch den Glauben und die Abwaschung der Taufe sind wir in den einen Leib Christi hingeführt worden, welche Hinführung nicht aus uns, sondern im Heiligen Geist und in der Aufnahme des gleichen Geistes geschah, was uns alle einmütig machte, wie der eine Geist des menschlichen Körpers alle Glieder gleichen Willens macht ⁵.

GILBERT DE LA PORRÉE verdanken wir die Darstellung: Da ihr getauft seid, habt ihr Christus, d. i. die Gestalt Christi und seinen Namen angezogen. Denn auch in der Einheit der Geheimnisse mit dem Geist besteht der Grund für diese Einheit. Darum unterstellt er: « Denn wir alle, Juden oder Heiden, Knechte oder Freie, sind in

- ¹ Expositio in epistolas S. Pauli. In ep. 1 ad Cor. 12, 13 (SSL 117, 578 f.): « Omnes nos in unum corpus baptizati sumus », id est ad hoc baptizati sumus, ut essemus unum corpus cum capite nostro Christo. Nebenbei bemerkt, bringt Alger von Lüttich die Sentenz: Ad hoc baptismus valet, ut baptizati Christo incorporentur, ut membra eius consepeliantur et oblati per sacramentum karitatemque fidelium reconcilientur Deo, ut in eo vivi, salvi, liberati, redempti, illuminati fiant. (Cod. Vat. lat. 4361 fol. 101).
- ² Commentaria in epistolas Divi Pauli. In ep. 1 ad Cor. c. 12 (SSL 181, 945): ... « baptizati sumus in unum corpus », id est baptismatis ablutione per fidem deducti sumus in unum Christi corpus, ut amodo simus omnes unum sicut illi, quorum erat cor unum et anima una.
- ³ In ep. 1 ad Tim. c. 3 (SSL 181, 1425): Nos quoque dum membra efficimur, in Spiritu Sancto per baptismum iustificamur.
- ⁴ In ep. ad Gal. c. 3 (SSL 181, 1162): ... filii estis per fidem existentes « in Christo Jesu », id est facti membra Christi et participes innocentiae et sanctitatis eius, et ita digni possidere filiorum haereditatem. Et vere estis in Christo per fidem, quam suscepistis in baptismo.
- ⁵ In ep. 1 ad Cor. c. 12 (Pommersfelden, Cod. 199/2817 fol. 57v): Nos, inquam, omnes nunc baptizati sumus in unum corpus, id est per fidem et baptismi ablutionem deducti sumus in unum corpus Christi, que deductio non fuit ex nobis, sed in Spiritu Sancto et in susceptione eiusdem Spiritus, quod omnes nos unanimes efficit sicut unus spiritus humani corporis omnia membra ipsius eiusdem reddit voluntatis.

einem Geist getauft zu einem Leib », nämlich auf daß wir erkennen, daß ein Leib ist, der Christus genannt wird ¹.

H. Weisweiler hat sodann bereits gezeigt, daß wir nach Hugo von St. Viktor im Sakrament durch die Taufe Christus vereint, durch den Leib und das Blut Christi belebt werden; und daß wir durch die Taufe Glieder Christi, durch seinen Leib der Belebung teilhaftig werden². Er tut dazu noch dar, wie die zwei Wege der Einkörperung, der subjektive und der objektive, von Christus nicht völlig getrennt gedacht sind, sondern sich gegenseitig ergänzen sollen³.

Der Lombarde beschränkt sich, wie schon vor ihm der zur Schule des Radulph von Laon gehörige *Paulinenkommentar* des Cod. Paris. Nat. lat. 657 ⁴ auf die Vermerkung der Tatsache der Eingliederung durch die Taufe ⁵. Dieselbe ist nach Robert Courson so innig mit dem Empfang der Taufe verknüpft, daß ein Heide, der wider seinen Willen getauft wird, dadurch *numero*, wenn auch nicht *merito* zur Kirche gehörte ⁶.

Zu dem, was die Taufe einem Erwachsenen, der durch hinreichende Contrition schon gereinigt ist, mitteilt, zählt die Ps. Poitiers-Glosse u. a. die communio superne, id est christiane societatis, die darin

- ¹ Zu 1 Kor. 12 (Leipzig, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 427 fol. 49): Unde alibi: Quotquot baptizati estis, Christum, id est formam Christi et nomen induistis. Nam et in unitate sacramentorum cum Spiritu huius unitatis ratio constat. Unde supponit: « Etenim omnes vos, scilicet sive iudei sive gentiles sive servi sive liberi in uno sumus Spiritu baptizati in unum corpus», scilicet ut per hoc, quod Spiritus unus est et bapti[fol. 49v]smus unus (!), intelligamus nos esse unum corpus, quod dicitur « Christus ».
- ² De sacramentis christianae fidei. Lib. 2 p. 2 c. 1. Rouen (1648) 606. Man vgl. auch Lib. 2 p. 5 c. 1. Rouen (1648) 619: Quasi enim primum sacramentum in baptismo cognoscitur, per quod fideles omnes inter membra corporis Christi per regenerationis novae gratiam computentur.
- ³ H. Weisweiler, Die Wirksamkeit der Sakramente nach Hugo von St. Viktor. Freiburg i. Br. (1932) 98 ff.
- ⁴ Zu Rom. (fol. 45): ... « baptizati » sumus in unum corpus, id est per fidem [fol. 45v] et baptismi ablutionem deducti sumus in unum corpus Christi.
- ⁵ Commentarium in Psalmos. Zu Ps. 34, 29 (SSL 191, 356): Quo significatur corpus impiorum, cuius malitiae caracterem sancti praedicatores confundunt igne coelesti et per aquam baptismi mundatum in societatem ecclesiae traiiciunt. Man vgl. auch zu Ps. 130, 4 (SSL 191, 1172). Collectanea in epistolas Divi Pauli. In ep. ad Rom. c. 5 (SSL 191, 1388): Nam et Christum imitantur sancti ad sequendum iustitiam. Sed praeter hanc imitationem gratia eius illuminationem iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur, quae etiam baptizatos parvulos suo inserit corpori, qui nondum valent aliquem imitari.
- 6 Summe (Brügge, Stadtbibliothek, Cod. lat. 247 fol. 103v): De pagano, qui invite baptizatur, dicimus, quod ipse efficitur de ecclesia numero, quamvis non merito, et ideo censura ecclesiastica potest coherceri, sicut et alii mali de ecclesia.

besteht, daß der Betreffende, wenn er nach der Taufe stirbt, im Friedhof beerdigt wird, die Totenmesse für ihn gesungen wird, er zur Teilnahme an den Sakramenten zugelassen wird und er zu den heiligen Ordines und Würden befördert wird, was vorher nicht der Fall war ¹. Teilweise wörtlich übernimmt diese Ausführungen die in der Nähe des Präpositinus und Simon von Tournai, aber auch der Ps. Poitiers-Glosse stehende Summe des Cod. Vat. lat. 10754 ², sowie auch der Sentenzenkommentar des Hugo A S. Charo ³.

Lang vor diesen hat schon Robert von Melun dargetan, daß man Glied des Leibes, dessen Haupt Christus ist, wird durch das Sakrament der Taufe und das Blut seines Leidens. Man könne aber Glied dieses Leibes nur werden, wenn man mit dem Leib dasselbe Haupt habe, nämlich Christus, aus dessen Verdienst man ihm durch Neuheit gleichförmig werde, wenn man unter Ablegung des alten Menschen im Bad der heiligen Quelle weißer als Schnee werde 4. Die Taufe habe die gleiche Wirksamkeit in den Kindern und in den Erwachsenen, d. h. sie gebe beiden die wahre Einheit der Kirche, ohne die weder die Kinder noch die Erwachsenen mit Christus regieren würden. Glieder Christi seien weder die Kinder noch die Erwachsenen und sie könnten es so lang nicht sein, als sie durch den Reat der Erbsünde gebunden seien 5.

- ¹ Zu lib. 4 (Cod. Paris. Nat. lat. 14423 fol. 94v): Ad quod dicimus, quod quatuor ei [adulto iam mundato per sufficientiam contritionis et hoc decorato virtutibus] confert baptismus: augmentum virtutis, immunitatem temporalis satisfactionis, communionem fraterne, id est christiane societatis, debilitationem fomitis... subaudi communionem fraterne religionis, quia post susceptum baptismum mortuus in cimiterio sepelietur, missa defunctis pro eo cantatur, ad participationem sacramentorum admittitur, ad sacros ordines et dignitates plerumque promovetur, quod non ante.
 - ² Fol. 35.
 - ³ In lib. 4 (Leipzig, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 573 fol. 219).
- ⁴ Brügge, Stadtbibliothek, Cod. lat. 191 fol. 239: Christi enim meriti participes fiunt, quando sacramento renascuntur ad remissionem peccatorum ab ipso instituto et sanguinis infusione confirmato. Unde eos et meriti ipsius participes esse est necesse. Corporis enim, cuius ipse caput est, membra efficiuntur per sacramentum baptismatis et sanguinem passionis eius. Corporis vero membra esse non possunt, nisi cum corpora idem habent caput, Christum videlicet, ex cuius merito ei novitate conformes fiunt, quando deposito veteri homine in lavacro sacri fontis super nivem dealbantur.
- ⁵ Summe (Brügge, Stadtbibliothek, Cod. lat. 191 fol. 241v): Ex quo certissime sciri potest eos [nämlich die Pelagianer] non intellexisse, quare ecclesia parvulis sacramentum baptismi dare consuevisset et quid parvuli ex ipso sacramento baptismatis consequerentur, qui nec iterum rebaptizabantur, quo plane demonstrabatur et adhuc demonstratur sacramentum baptismatis eiusdem esse efficacie in parvulis et adultis, id est utrisque veram ecclesie unitatem dare, sine qua nec

Nach Stephan Langton ist es die Gnade, die Christus in der Taufe mitteilt, die auch die getauften Kinder mit seinem Leib verbindet ¹. Die in Langtons Bereich gehörigen zweiten *Quästionen* des Cod. Erlangen. lat. 353 nennen als Taufwirkung in demjenigen, der bereits sündenfrei das Sakrament empfängt, diejenige, daß er Christ wird, der Zahl der Gläubigen zugeschrieben wird und so das, was vorher verborgen war, nämlich, daß er Glied der Kirche ist, offenkundig wird, so daß die Kirche für ihn betet und mit ihm als ihrem Sohn in Gemeinschaft tritt ².

Schließlich war die Gliedschaft der Kirche als Wirkung der Taufe auch für die kanonistische Literatur eine Selbstverständlichkeit ³.

Die Tatsache, daß man durch die Taufe Glied der Kirche wird, war somit unbestritten. Es bleibt nur die Frage, ob man dies nur durch den physischen Empfang der Taufe werde, oder ob Glaube und Liebe allein auch ohne Taufe schon genügen. Sind doch Glaube und Liebe gemeinsam oder einzeln in der gesamten frühen Literatur als die Bänder genannt, die mit dem geheimnisvollen Leib verbinden. Umgekehrt aber erhebt sich die Frage, ob man durch eine schwere Sünde — auch wenn man getauft wäre — aus diesem Verband ausscheidet.

(Forsetzung folgt.)

parvuli nec adulti cum Christo sunt regnaturi. Christi vero membra non sunt nec parvuli nec adulti nec esse possunt, quamdiu culpe originalis reatu tenentur, quam tam in parvulis quam in adultis esse est necesse, quia ipsa est lex membrorum, quam dicit apostolus legi mentis semper repugnare, dum est homo in carne mortali.

- ¹ Paulinenkommentar. Zu Rom. 5 (Salzburg, Stiftsbibliothek von St. Peter, Cod. a X 19 Seite 19): Et nota, quod sicut originale traductum ab Adam precedit actuale et omnem motum liberi arbitrii, ita gratia, quam Christus confert in baptismo, que etiam baptizatos parvulos suo iungit corpori.
- ² Fol. 75: Item, quamvis nichil sit purgandum in illo, qui accedit ad baptismum, tamen baptismus in eo habet effectum, scilicet talem, quod efficit eum christianum ascribens eum in numero fidelium, ut, quod prius erat occultum, per baptismum efficiatur notum, videlicet eum esse membrum ecclesie, ut scilicet ecclesia oret pro eo et communicet ei sicut filio suo.
- ³ Man vgl. z. B. Sicard von Cremona, Summa super decretum. De cons. d. IV (Cod. Bamberg. Can. 38 fol. 114): Effectus baptismi Christi... gratiam non habitam conferre et Christi membrum efficere... Summa Lipsiensis (Leipzig, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 986 fol. 282): Effectus baptismi est peccata dimittere originalia vel actualia, fomitem debilitare, non ut non sit, sed ne obsit... item gratiam conferre et membrum Christi efficere, iam habitam augere et roborare. Benecasa, Casus decretalium (Cod. Bamberg. Can. 91 fol. 68v): Sic qui per baptismum factus est membrum Christi, si prius moriatur quam copiam communicandi habeat, inde particeps est huius sacramenti, cuius significatum invenitur in Christo.